



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. III. An Deus diligit necessario creaturas existentes & futuras?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

poteſt non convenire. Ex quo ulterius ſequitur, A quām neceſſariō, & ſine tali dominio. Ergo Deus non neceſſariō, ſed liberē ſeipſum diligit.

Respondeo confeſſa Majori, diſtinguendo Minorem. Perfectior modus operandi eſt operari liberē, reſpectu objeſti limitati, & in quo non relucet omnis ratio boni, concedo Minorem. Reſpectu objeſti infiniti, in quo relucet ratio ſummi boni, adæquantis totam capacitatem voluntatis, nego Minorem. Vel etiam dici poſteſt, quod modus operadi liberē eſt perfectior modo operandi neceſſariō, quando taliſ neceſſitas ori- tur ex imperfecta cognitione objeſti, ut contingit in brutis; ſecundū vero quando procedit ex per- fectissima cognitione objeſti in quo appetere ratio ſummi boni, ut contingit in amore Dei & Beatorum.

Objicies tertio contra ſecundam conclusionem. Objectura ut objeſtum, ſolum habet ſpecificatę potentiam, ac proinde illam ſolum determinare, & neceſſitate quoad ſpecificationem, non verò quoad exercitium. Ergo ex eo quod voluntas di- vina neceſſariam habitudinem ad bonitatem ſuam, qua eſt proprium ejus objeſtum, non reſtē infertur. Neum ſe amare neceſſariō, tam quoad ſpecificationem, quām quoad exer- citium.

Dico ſecundo, rationem D. Thomae efficaci- tatem denerare, Deum amare ſe neceſſariō, non ſolum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium.

Probatur concluſio explicando illam ratio- nem. Sic ergo habet S. Do. Cor. hic art. 3. Voluntas di- vina neceſſariam habitudinem habet ad bonitatem ſuam, que ſi proprium eius objeſtum: unde bonita- tem ſuam Deus ex neceſſitate vult, ſicut & voluntas nra vult beatitudinem, & quelibet alia potentia habeat neceſſariam habitudinem ad proprium & princi- pium objeſtum, ſicut viſis ad colorem, quia de ſuī ra- tione eſt ut in illud tendat. Ex quibus verbis ſic po- teſt formari ratio. Quelibet potentia ad ſuum objeſtum primaria debite applicatum, omnino que impedimentoo fecluſo, fertur neceſſariō, non ſolum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium; ut conſtat in potentia viſiva, reſpe- du coloris lucidi, & in noſtra voluntate, reſpe- du beatitudinis: Sed objeſtum formale primaria voluntatis di- vine, eft divina bonitas, ei cognitione clara, intuitiva, & comprehenſiva ap- plicata, ipſique identificata, nec poteſt impedimen- tum adefi; Ergo ſuam bonitatem Deus diligere neceſſariō utraque neceſſitate.

Aliter proponi poſteſt ratio D. Thomae, & ſic D. formari. Quelibet potentia habet neceſſariam habitudinem ad ſuum objeſtum, juxta ſuam na- turam: Ergo & di- vina voluntas ſecundum ſuam na- turam debet dicere neceſſariam habitudinem ad proprium objeſtum: Sed natura voluntatis di- vina eft ferti ad objeſtum in actu ſecundo, cum fit actus purus omnisque potentialitatis ex- pera: Ergo de ratione illius eft attingere objeſtum neceſſariō, non ſolum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium.

### §. II.

#### Solvuntur objecções.

Objicies primò contra primam concluſio- nem, D. Thomas de potentia q. 10. art. 2. ad 5. docet Spiritum Sanctum liberē procedere; Sed Spiritus Sanctus procedit ex amore di- vinae bonitatis; Ergo talis amor eft liber, non verò ne- ceſſarius.

Reſpondeo D. Thomam debere intelligi de li- bertate, ut opponitur coactioni, non verò ut op- ponitur neceſſitati; quia voluntas, ut dicitur 1. 2. q. 6. art. 4. in nullo actu poſteſt cogi, licet in ali- quibus neceſſarii poſſit.

Objicies ſecundo: Modus operandi perfectior eft Deo attribuendus; Sed perfectior modus ope- randi eft operari liberē, & cum dominio ſuī actu,

Tom. I.

44.

45.

46.

### ARTICULUS III.

An Deus diligat neceſſario creaturas ex- iſtentes & futuras?

### §. I.

Quibusdam premijs difficultas reſoluitur.

Circa hanc difficultatem multiplex verſatur ſententia. Prima eft aliquorū quos ſuppreſſo nomine refert D. Thomas 2. contra Gentes cap. 23: alferentū Deum neceſſariō quoad ſpecificationem, & quoad exercitū diligere creaturas exiſtentes. Quam ſententia dicit Ferrariensis re- nuiſſe Aristotelē, Avicennā, & Commentatore,

CCc ij

alſe-

<sup>a</sup>fferentes Deum non operari ex arbitrio libero, sed ex necessitate naturae. Secunda sententia est aliorum afferentium (ut dicunt Salmantenses) Deum velle creaturas existentes necessario quoad specificationem, non quoad exercitum. Tertiis alii dicunt, Deum nec liberum, nec necessario diligere creaturas futuras. Alii denique utramque libertatem respectu creaturarum existentium & futurorum, in divina voluntate, agnoscunt. Pro resolutione.

47.

Dico primò: Deum non solum amare res existentes, sed etiam futuras.

Probatur primò: Praedestinatio electorum est ab eterno, & ante mundi constitutionem, ut dicit Apostolus, ac proinde non terminatur ad creaturas ut existentes, sed ut futuras: At in praedestinazione includitur specialis Dei dilectio erga electos, juxta illud Malach. I. Jacob dilexi, & Jerem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Item Psalm. 102. dicitur quoddam misericordia Dei erga electos est ab eterno, usque in eternum: id est (ut explicant SS. Patres) ab aeterno praedestinatio, usque in eternum glorificationis: Ergo amor Dei terminatur non solum ad creaturas existentes, sed etiam ad futuras.

Probatur secundò: Diligere est velle bonum: Sed Deus rebus futuris vult aliquod bonum, scilicet existentiam in aliqua differentia temporis habendam: Ergo illas diligit. Addo quoddam creaturam future, cum dicant ordinem ad existentiam, sunt bona bonitate formalis, ac proinde objectum congruum divinae dilectionis.

48.

Dico secundò: Deum non amare necessario, sed liberum, creaturas existentes, aut futuras.

Probatur primò: Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis sua, ut ait Apostolus ad Ephes. 1. At quod ex consilio operatur, non volumus necessario, sed liberum (nequit D. Thomas hic art. 3. in argumento sed contra) Ergo Deus non ex necessitate, sed liberum diligit creaturas existentes, aut futuras.

49.

Probatur secundò: Si Deus necessario diligeret creaturas, mundus fuisset ab eterno: Sed hoc est contra fidem, ut constat ex illo Genes. 1. In principio creavit Deus celum & terram: Ergo &c. Sequela Majoris est evidens: Tum quia libertas creationis sumitur ex libertate voluntatis, quae est primum liberum, & ex qua ad alias potentias omnis derivatur libertas. Tum etiam quia cum potentia Dei exequens, non possit efficaciter ejus voluntati resistere, si necessario divina voluntas vellet creaturem, necessario etiam potentia ejus executiva illas producere, & consequenter ab eterno, & non in tempore.

50.

Probatur tertio: Ad perfectionem divinae voluntatis pertinet amare quolibet objectum, secundum meritum ipsius: Sed nulla creatura exigit amorem necessarium, tum quia non est bonum infinitum, tum etiam quia non habet necessariam connexionem cum Deo: Ergo nulla creatura necessario ab illo diligitur.

51.

Denique eadem veritas suaderi potest ratione D. Thomæ hic art. 3. Ea quae sunt ad finem, volentes finem, non volumus necessario, nisi talia sint ut sine illis finis subsistere nequeat. Quia enim ad conservationem vitæ, cibus necessarius est, volentes conservationem vitæ, necessario volumus cibum; & è contra quia ad iter agendum equus non est necessarius simpliciter, volens iter agere, non id est necessario vult equum. Sed bona divina, quae à Deo amat ut finis, à crea-

A turis non dependet, & sine illis potest subsistere. Ergo Deum velle creaturas, non est necessarium, sed liberum.

§. II.

Solvuntur obieciones.

O Bjicies primò contra primam conclusiō nem. Intantum Deus diligit creaturas, in quantum illis communicat esse & bonitatem: Sed rebus futuris, Deus nec esse, nec bonitatem communicat: Ergo eas non amat.

Respondeo cum D. Thoma 3. ad Annibal. dist. 32. qu. unica art. 3. quod dilectio divinae creaturam dupliciter potest accipi: uno modo pro actu dilectionis interiori, alio modo pro actu exteriori. Diligere primo modo, id est ac velle creaturam bonum, suo tempore ponendum in executione: secundo modo, est velle bonum actu, seu actualiter illi bonum impendere. Amor primo modo consideratus dicit intentionem ponendi creaturas in executione, secundo vero modo importat actualiter illam efficientiam; unde primo modo consideratus, est ab eterno, secundo vero modo, solum in tempore, non ex parte actus, sed ex parte terminationis, ut infra dicimus. Ad argumentum ergo in forma respondeo, distinguendo Majorem: Intantum Deus diligit creaturas amore externo, & effectivo existentiam illarum, concedo. Amore interno, & decrevo futuritionis illarum, nego. Ad hunc enim amorem, sufficit quod Deus decreverit communiceare creaturis bonitatem, & existentiam in aliquo duratione futura.

Objicies secundò contra secundam conclusiō nem, Deus amat necessario suam bonitatem infinitam: Ergo & creaturas. Consequens probatur primò, quia ille qui vult finem, ex suppositione tali voluntatis, necessario vult media ad illum ordinata. unde cum divina bonitas sit finis creaturarum, si Deus illarum necessario diligit, non potest liberum amare creaturas. Secundò probatur idem Antecedens. Deus eodem actu quo amat necessario suam bonitatem, ut est finis creaturarum, amat etiam creaturas, ut media ad illum ordinata: Sed idem actus non potest simul esse necessarius & liber: Ergo Deus non potest liberum diligere creaturas.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius primam probationem, distinguo Majorem: Qui vult finem dependentem à mediis, concedo: ab illis independentem, nego. Licet autem divina bonitas sit finis creaturarum, ab illis tamen non dependet. Ad secundam probationem dicendum est, quod idem actus divinae voluntatis, etiam virtualiter indistinctus, ob suam eminentiam potest simul esse necessarius & liber, secundum diversas illius terminaciones: necessarius quidem per ordinem ad divinam bonitatem, ut objectum primarium; liber vero, per ordinem ad creaturas, tanquam objecta materialia & secundaria, ut constabit ex dicendis disputationes sequenti.

Objicies tertio: Sicut Deus alia à se intelligit, intelligendo essentiam suam, ita etiam alia à se vult, volendo bonitatem suam, ut ait D. Thomas hic art. 2. ad 2. Sed creature à Deo necessario cognoscuntur in essentia divina tanquam in causa: Ergo & necessario ab illo diliguntur.

Respondeo data Majori, distinguendo Minorē: Creatura à Deo necessario cognoscuntur, creature,

## DE OBJECTIO VOLUNTATIS DEI.

statutis possibles, concedo; existentes, vel futuras, nego. Licet enim scientia rerum possibiliū in Deo, que simplicis intelligentiae nuncupatur, sit naturalis & necessaria, utpote antecedens omnem decretum divina voluntatis; scientia tamen futurorum & existentium, cùm sit innixa decreto, ac in eo fundata, est libera, ut in Tractatu de scientia Dei ostendimus.

Dices, ex hoc sequi, quod saltem Deus amet necessaria creaturas possibles, sicut illas necessariis cognoscit: quod tamen non muniter non admissum Thomistae, ut constabat ex dicendis articulo legenti.

Sed negar sequela, quia creature possibles habent reūtem, & cognoscibilitatem necessariam, ratione cuius possunt terminare scientiam Deinaturalē & necessariam, nulla tamen est in eius bonitas, taliter formalis, per quam aetū dīvini amoris terminare possint, ut patebit ex dicendis articulo sequenti.

### ARTICULUS IV.

An Deus amet Creaturas possibles?

#### §. I.

##### Premittenda.

Suppono primum, quod status puræ possibilis nihil est aliud quam non repugnantia rei ad essendum, sive indifferenta ad existendum vel non existendum, cum negatione existentiae pro qualcumque tempore differentia. In qua descriptione exprimitur ad statū puræ possibilis aliquis rei requisita. Primum est, quod illa nullam includat repugnantia ad essendum: quare quid homo sit equus, non cadit sub statū possibilis, quia implicat, seu repugnat talis conexio hominiscum equo; secundus tamē alius mundus, qui repugnanteā non involvit ut esse possit. Secundo dicitur, cum negatione existentiae, ut res mere possibilis distinguitur a re existente, & posita extra causas. Tertiō additur, pro qua tamē differentia temporis, ad distinguendam remē possibilem a futura, quæ licet actualem existentiam non habeat in propria mensura, illam tamen habebit in aliqua differentia temporis. Ex quo inferes, quod licet res mere possibilis non sit aliquid reale positivè, quia non habet, nec unquam habitura est existentiam; est tamen eius reale objectivè, quatenus potest habere realē existentiam; in quo differt ab ente rationis quod est incapax realis existentiae, & solum habet esse objectivum in intellectu singente, & illud cognoscente ad modum entis reales.

Suppono secundum, quod de creaturis possibilibus possumus loqui duplicitate: vel secundum quod sunt in Deo, & virtualiter in omnipotencia divina continentur, & secundum hanc rationem, dicit Augustinus quod sunt ipsa creatrix essentia: vel secundum esse possibile proprium, & distinctum ab omnipotencia Dei, quatenus sci-licet considerantur secundum sua praedicata quidditativa, quæ licet nihil actū sint, quantum ad existentiam, sunt tamen aliquid reale objectivē, ut antea dicebamus. In praesenti ergo non loquimur de creaturis possibilibus primo modo: ut sic enim certū est apud omnes, eodem amore

Amaria Deo quo ipse se ipsum diligit; si quidem prout sic considerat, fuit ipsem et Deus, sed loquimur de illis secundo modo consideratis, & querimus, an in illo esse objectivo in quo cogno-suntur ab intellectu divino, amentur etiam à divina voluntate? Quod ut magis explicetur, & status difficultatis magis aperiatur.

Suppono tertium tanquam certum apud omnes, Deum possibilia non amare amore efficaci, seu effectivo: id enim Deus diligit amore predicto, cui communicat aliquid bonum. At prout possibilibus nullam bonitatem communicat, cum decreverit illa nunquam extra causas ponere: Ergo illa non diligit amore efficaci, seu effectivo. Solum ergo difficultas est, an ad creaturas possibles terminetur voluntas divina per amorem simplicis complacentiae.

Partem affirmativam tenent Scotus, Fonseca, Vazquez, Arrabal, Heric, Ruiz, aliquique Recentiores; quibus ex Thomistis adharet Marcus à Serra in Commentario art. 2. qu. sequentis. Negantem verò communiter defendant alii Discipuli D. Thomae, quibus subscrabit Suarez in Metaph. disput. 30. sect. 6.

#### §. II.

##### Resolutio difficultatis.

**D**ico igitur: Creaturae possibles nullo modo amantur a Deo.

Hanc conclusionem probant aliqui, primò quia amor Dei erga creaturas non est affectivus, sed effectivus, & infundens bonitatem in rebus, ut docet D. Thomas qu. sequenti art. 2. Unde cum circa possibilis, in quantum hujusmodi, Deus nihil efficiat, & nullam eis perfectionem aut bonitatem infundat, inde colligunt Deum non amare creature possibles. Secundò probant, ex eo quod amare est velle bonum: Sed Deus nullum bonum vult creaturis possibilibus, cum decreverit nunquam illas ponere extra causas, in quo includitur carensia omnis boni: Ergo illas non diligit. Tertiō probant, quia objectum amoris est bonum: creature autem possibles carent omni bonitate, quia nec existunt, nec dicunt ordinem ad existentiam, ut in aliqua differentia temporis habendam: Ergo non diliguntur a Deo.

Verum tres illae rationes quibus illi Recentiores præcipue innituntur, non videntur efficaces, nec solidæ; quia duas primas solum probant Deum non diligere res possibilis amore efficaci, seu effectivo, quod concedunt Adversarii; non tamen ostendunt, voluntatem divinam per amorem simplicis complacentiae ad eas non terminari; de quo solum procedit præsens difficultas & controversia, ut in tertia suppositione annotavimus.

E Tertia vero supponit falsum, vel saltem aliquid dubium & incertum, quod scilicet res mere possibilis, in statu mere possibilis considerata, omni bonitate careant: quoniam enim certum sit, illas non esse bona simpliciter, quia nec existunt, nec dicunt ordinem ad existentiam; probabile tamen est, & doctrina D. Thomae conforme, eas esse bona secundum quid, quatenus sunt perfecta perfectione essentiali, & nihil illis deest ex prædicatis sibi essentialibus, ut constabit ex dicendis §. sequenti. His ergo rationibus prætermisssis.

Probatur primò conclusio: Si Deus creature possibilis diligenter, non libere, sed necessariō eas